

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione Saxoniae

Melanchthon, Philipp

[Wittenberg], 1527

De casibus prohibitis

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93298)

animorum humanorū, saepe causas incidere, quas discant per patientiam mitigare. Hac de re satis diligenter praecepit Petrus.

Tertio, docendi sunt, ut uasa sanctificent, hoc est, ut moderentur uoluptatē.

DE CASIBVS PROHIBITIS.

Supereft, ut moneantur Pastores de casibus prohibitis coniugij, quia uaria incidunt, ideo in illis dijudicandis cauti esse debent. Primo non admittatur, ut contrahant personæ contra gradus prohibitos in lege Mofi. Notum autem est, qui gradus sint, Leuit. 18. Alicubi auunculus aut patruus neptē ducit, hic quoque casus in Leuitico prohibitus est: Turpitudinem fratris tui nō reuelabis. Propterea dissuadeant huiusmodi coniugia.

Causa diuortij est adulterium. Sed hic priusquam fiat diuortium, semper reconciliatio tentanda est, nec licet discedere ab adultero, aut reñcere adulteram sine iudicio Ecclesiæ, hoc est, eorum, quibus commisit Ecclesia.

Item, non licet ei personæ, quæ discessit

fit

fit ab adultero, contrahere matrimoniū
cum alia, nisi diuortium coram Ecclesia,
id est, his, qui præsunt, factum sit. Quid
si alter coniugum alterum deserit? Re-
spondeo: In hoc casu nihil temere statu-
endum est, sed diligēter requiratur per-
ona, quæ discessit, nec innocēti personæ
permittatur aliud matrimoniū inire,
nisi antea per legitimos magistratus sit
requisita persona, quæ discessit.

Quid si mulier agrotet morbo gallico,
seu lepra, liceat aliam ducere? Respōsio:
Nō licet, nec morbum esse causam rescin-
dendī matrimoniū, nec senecta causa est
diuidendī. Igitur pastores in his casibus
iudicandis cauti sint. Quid, si quis con-
traxit cum aliqua, & postea etiam con-
traxit cum secunda, eamq; stuprauit,
utram habebit? Respondeo, primā, quia
fides data ualet, secunda decepta est. Nō
enim potest ei promittere, quod alteri
tradiderit.

Quod si quis stuprauit uirginem an-
tea, cogendus est? ut ducat, charitas est.
Item etiam hortandus est, sed si nō uult
ducere, dotet eam. Ea est in iure poena

C consti

cōstituta stupranti, aut ducat, aut dotet.

Quod si quis ducat contra parentum voluntatem, debet retinere: Respōdeo: æquum est ut retineat. Quia quanquam parentes habeant ius aliquod, tamen eo iure uti debent sine iniuria. Debent tamen à Magistratibus aliqua mediocri pœna puniri, qui contrahunt contra voluntatem parentum, si parentes hoc non ultro condonāt liberis. Item, sunt uidentia causæ, quur parentes cupiāt rescindi contractum.

DE TRADITIONIBVS humanis.

Iam hoc postremo loco tractādo, magna pars concionatorum plurimum collocant temporis, quum loci pœnitentiæ, timoris, fidei, bonorum operū, obedientiæ erga Magistratus, multo magis necessarij sint ad instituendam conscientiam & mores, quàm hæc disputatio de traditionibus humanis. Et planè nunc est nouum genus caloris eorum, qui clamitāt scelus esse, hæcere cuculla, aut non edere feria sexta carnes. De timore dei inter im
nihil